

Psaume 133.

ECCE nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini.

Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, et benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus, ex Sion, qui fecit cœlum et terram. Gloria Patri, &c.

Hymne.

TE lucis ante terminum,
Rerum Creator, poscimus,

Ut solita clementiâ,
Sis præsul ad custodiam.

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata :

Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.

Per Jesum Christum in perpetu.

R. In manus tuas, Domine commendo Spiritum meum. In manus, &c.

V. Redemisti nos, Domine, Deus veritatis, commendo Spiritum meum. Gloria Patri. In manus, &c.

V. Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi.

R. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

Cantique de Siméon, Luc 2.

NUNC dimitis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace ;
Qui viderunt oculi mei salutare tuum.